



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Petri Canisii De Societate Iesv

Rader, Matthäus

Monachii, 1614

XIV. Varij labores Canisij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70957)

pressa. Moratur apud nos Ill.^{mus} & R.^{mus} Episcopus Posnaniensis, Andreas Brninius Opalinus, qui primus Romæ Stanislai iconem annuente Pontifice Maximo Paulo V. in nostra æde publicè colendam proposuit, de qua re plura Franciscus Sacchinus in vita Stanislai. Fuit in eodem Conuictorū domicilio summo loco natus Baptista de Prado, qui non sine cælesti B. Virginis aspectu & comitatu ad cælum est deductus; fuere complures alij nobilissimi adolescentes, quos posteritas comendabit, nos ad institutam narrationem redeamus.

VARIILABORES CANISII.

CAPVT XIV.

Dilingano Collegio constituto, & Henrico Dionysio publica auctoritate in Rectorem Academiæ pri-

primum solemniter ritu creato, Canisius Augustam reuertit, & populo pro concione docendo, ciuibusq; priuatis congressib⁹ ad virtutē excitandis, Sociis per Prouinciam pro more Societatis visendis assiduā operam impendit. Ex Guilielmi Elderini literis ad Laynem Societatis totius moderatorē anno Christi 1615. LXIV. Romam datis disco, quantis idem Canisius laboribus fuerit Augustæ oppressus. Sic enim ille: *Neque sine fructu redit verbum. DE I in aede hac Primaria per Patrem Prouincialem pluribus Prædicatum. Accesserunt octo ferè conciones, & hæc quotidiæ de sacrosancta Eucharistia, cui sacramento populus Augustanus reuerentiam nunc tribuit singularem, ut multi mirentur. Idem Pater Canisius pro sui muneris ratione, his mensibus vicina inuisit Collegia, cum sua quidem & fratrum haud vulgari consolatione, exceptis interim omnium in confessione peccatis, rebusq; Collegiorū legitimè constitutus. Cū autē*

*Laborēs
Canisii
Augustæ*

Reginae
Ferdinan-
di Caesaris
filiae quin-
que.

in visitatione Oeniponti esset, exhortationē ad Serenissimas Reginas gratam habuit, quae duabus, ut vocant, casulis eleganter & sumptuosè confectis altare nostrum Augustanum ornare voluerunt. Praetermitto alias & pene quotidianas Patris occupationes, quibus illum assidue distrahi magnus in rebus cernimus. Nec commemorabo Rmū Cardinalē nostrū Augustanum, qui Patris Canisii consilius saepe & libenter vitur, ut nuper voluit Patrem adesse cum totius Gymnasii Dilingensis administrandi curam in Societatem hanc, neq; sine solenni quodam actu transferret. Vbi pater D. Henricum Dionysium Rectorem eiusdem Gymnasii pronunciare, & Rectoralibus illis insignibus ornare in magna hominum corona debuit, addita simul oratione publica. Ingenuè fatentur boni omnes hic in Germania, sicut & alibi ubi religionis afflicta causa iacet, per nostros magnū Ecclesiae Catholicae praesidium adferri, ac Catholicorum reliquias in officio, quantum fieri potest maximè contineri.

Canisio igitur sudanti, & saepius à
Princi-

Principibus viris euocato, aut Pro-
 uinciæ lustrandæ operam danti, sup-
 petiatum venere Martinus Steuar-
 dianus Alberto Boiorum Duci à Cõ-
 cionibus: quo cum ægrè careret, eo
 reuocato Hermes Halbaur Augustæ
 Cathedram, absente Canisio, procu-
 ravit. Tam lætos Canisij & Sociorum
 in Germania successus hostis publi-
 cæ salutis, infernus Draco ægrè fe-
 rens, cœpit virus calumniarum per
 suos administratos, famosos, inquam,
 libellos, & picturas infames in nos
 passim spargere, quibus collectam
 ex laboribus & virtutis laude famam
 inquinaret. Portentosa nobis crimi-
 na obiecta, ingentia mendaciorum
 plaustra ædificata, schedæ ad postes
 ædium nostrarum fixæ, Monachij,
 Augustæ, Viennæ vita Sociorum tra-
 ducta. Sed vt vanitatis nulla vis est,
 & mendacia temerè ficta, stultius cre-
 dita, repente nata, subitò inflata ven-
 to sæ ritu bullæ crepāt, cõciduntque;

Ita rebus per Albertum Boiorum Principem & alios diligenter excusis, & auctoribus figmentorū deprehensis, punitisq; innocentia Sociorū publicis literis principum virorum cōtestata reffloruit, & sinistra omnia ex fumo mendaciorum profecta, vt hodie solent, in fumū abierunt. Año CIO. IO. LXIV. Canisius ab Stanislao Hosio Cardinale S. mo Braunsbergā euocatus est, vt ibidem Collegij fundamenta poneret. Id quod in Augustani Collegij monumentis legi, Canisium, inquam, ab Hosio petiitum, quem Ribadeneira non exprimit, sed rem ita narrat: *Apud Sarmatas quoque, qui Poloni hodie nominantur, in ipsis Boreæ terris frigore damnatis, Stanislaus Hosius, vir ob singularem sapientiam, eloquentiamq; cum pietatis studio coniunctam, ex Variensi Episcopo Romanæ Ecclesiæ Cardinalis creatus per hæc tempora Tridentino Concilio, non solum interfuit, sed & Pii Quarti Pontificis nomine præfuit. Is captus*
Laynis

Laynis & Salmeronis Sociorum ingenti studio, ob perspectam Tridentina in Synodo singularem utriusq; doctrinam, dimisso Conuentu domum reuersus, in sequenti anno nihil duxit antiquius, quàm ut Braunsbergæ (quæ vrbs Prussia Prouinciæ Polonia Regi addictæ, Variensis est diœcesis) Collegium Sociis institueret: ratus, quod erat, tuenda religionis auitæ apud Prussios, necessariam esse piam iuuentutis institutionem.

Nulla quies data respirandi Canisio, qui mox ex vltimis septentrionis frigoribus ad magnos Italiae calores uocatus, denuò Romam Prouinciæ Germaniarum latissimæ præfectus, ad tertium Societatis vniuersæ Præsidentem legendum aduolauit. Sed quid Romæ egerit, sæpius in urbē citatus, summatim exponamus.

Quartus
in Vrtem
aduentus.
CIC. IC.
LXV.

F I N I S

LIBRI PRIMII.

I 4

DE